



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

8 Num in datis, causa Transactionis, reddhibitio hæc admittatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

vasallus feudo prigetur. Sed remedi alio subuenitur dominis, vt possit sui mancipii res facere, & in eas manus inticere, veluti rebus vacantibus, & a nullo vasallo occupatis, donec vasallus fidelitatis se adstringat sacramento. Boerius in consuetudines Biturigen, tit. de consuetud. feudi. §. 6. & 15. Joannes Samson, in consuetudines Turonia, tit. comment. hommage se doit offrir a son seigneur, in princip. & artic. 3. Chassanau, tit. des siez, in princip. & in gloss. dedans lan. num. 12.

Num Redhibitio hæc fiat in donatis, & de relictis titulo generali, vel particulari institutionis.

C A P. 7.

- 1 Redhibitio gentilitia in donatis locum non habet.
- 2 Proximus quis.
- 3 Fraternalis amicitia eod.
- 3 Redhibitio gentilitia non fit de relictis institutione, vel legato.

**I**N summa, redhibitio gentilitia in donatis locum non habet: quemadmodum ædiliam curulium reddibitio, ad res donatas quoque non pertinet. Ne quod quis benigne in alium contulit, fraudis consilio reuocet, vt ait Modestinus, *L. ad res donatas, 62. de adit. edict. P.* Præfertur emtori proximus venditori, quod pretium restituendo, & satisfactum est emtori & venditori: at in donatione id consequi non possumus, nec proximus qui vult reddibere, potest præstare, iure donans a donatore accepit bene merita, sine detrimento donatoris, *L. affectio, & L. donari, de donati. P. ca. 1. eod. tit. apud Gregor.* qui præstitit affectionis quippe gratia sunt donationes, & liberalitates, nec decipi, sed iuari beneficio nos oportet. *L. in commodato, §. sicut commo. P. §. si que* & verius dicitur proximus, a quo auxilium & gratia suscipimus, potius quam cognati, a quibus cõtemnuntur: vt Dominus noster Iesus Christus, per parabolam eius qui inciderat in latrones, docuit. *Luca. c. 10.*

*ἡρεὶ δὲ ὑβρίστοι καὶ ἠθροὶ χερσίων ἦν τετα ὅς κεν ἐταρῶν ἐὼν παρρησία εἶδη, Homer. in sine lib. 8. Odysse.*

id est,

*Quoniam non sane frater inferior Est, qui socius existere prudentia sciatur.*

Quamquam Sotio, apud Stobæum, recte dixerit, *οὐδὲν ἀπὸ φίλων, ἀλλὰ ἀπὸ φίλων ἑστὸν, παρρησιαστικὸν τοῖς τοῦ ταυτῶν ἦν ἔσθαι, τὸ δὲ ἀδελφείαν προσηγορίαν*, id est, *Qui relictis fratribus alios amicos querunt, similes illis sunt, qui seum rursus incultum sinant, & alienum excolunt.* Concludunt itaque Fridericus in constitutione sua contra *Ætus protomiosos*, Matthæus de Afflictis, eodem tractat. *protomiosos, §. licet enim, 4. colum.* Chassanæus, in §. 9. §. sed quid in donatione iure de retract. & alii, donationem hunc reddibitioni non subici: neque prohibita venditione, censetur prohibita donatio. *L. 1. & fin. de præd. decur. lib. 10. C. l. 1. de feudis patrimonial. lib. 11. C. §. 1. & Bald. in l. voluntas, C. de fideicom. §. Quamobrem* & neque in relictis titulo institutionis generalis, vel particularis, erit locus reddibitioni gentilitiæ: quia in illis donatio & propter bene merita, & legata, & hereditates testamento, *L. nec adiecit, pro socio, in P. l. rem legatam, de adimen. leg. in P.* relinquuntur. Et que legatum, donatio a testatore facta, ab herede præstanda, *§. legatum, de lega. apud Infirmita. l. legatum, de lega. 2.* Sæpius quoque dictum est, & hereditatē & heredem, defuncti personam referre, *L. denig, quod vi aut clam, in P. §. 1. de iur. iur. an. a moriente præsit. coll. 5. in Auth. l. fin. C. de impuber.* quam bonis propriis non priuaret proximus.

Num in datis causa transactionis, reddibitio hæc admittatur. Cap. 8.

- 1 Redhibitio gentilitia locum non habet in datis ex transactione.
- 2 Laudemia quando debeantur ex transactione.
- 3 Redhibitio num locum habeat in litis æstimatione.

**C**lassici & omnes consuetudinum fere interpretes defendunt, in datis ex causa transactionis, vel remissis retractui locum non esse. *Matthæus de Afflictis in tracta protomiosos §. licet, 8. columna.* Chassan. ad consuetudines Burgundie, tit. de retract. §. 1. in verba, a vendit. versic. quid in transactione. *Arnol. Ferro. in tit. de retract. §. 25. & 28. in consuetudin. Burdegalen.* Quemadmodum feudum, quod per se inalienabile est, siue comie, siu domini, siue feudorum §. 1. de controuer. feudor. inter vasall. & alium, de beneficio, in visib. feud. potest libere, dummodo ab sit fraud, transactione retracti, §. penult. versic. si vasallus, de beneficio, tit. si de feudo.

do defuncti contentio fit inter domin. & cognat. vasalli. Transactio quippe refert causam dubiam, & dominium incertum, qua de controuertitur, dubiisue litis euentus. *L. 1. de trans. P. l. 2. C. de int. c. super eo. eo. tit. ap. Greg.* Quamobrem ex transactione datu, vel acceptum, incertu remanet, num accipientis vel dantis esset, *l. quæ dicitur de penult. in P.* vt proximus inde non possit conueniri nisi se maiorum. Atq; hic nõ mouendam esse camarinam recte Iuris prudentes censent: ne lites sint immortales, quas tollit trãactionis auctoritas. *L. fratris, C. de transact.* Tiraquellus in §. 1. de retractu gentili, glo. 14. num. 63. temperamentum huic quæstioni cum distinctione adfert, inspiciendum esse, num per transactionem fundus, vel res immobilis relinquatur ei, qui ante nõ possidebat, dato ab illo aliquo pretio: an vero apud eum qui ante possidebat: inter quæ multum interest, *l. si pro fundo, & ibi Barto. & Bald. C. de transact. glof. Barth. & alii in rubr. pro emore, glo. Bart. & Alberic. in l. 1. eod. titu. P.* Et quando relinquatur penes antea possidentem, non esse locum retracti: si contra, esse, *in consuetu. Andegauensium, articulo, §. 60.* & ita intelligendam esse Chassanæi sententiam, in d. §. 1. de retractu in consuet. Burgun. quam & idem Chassanæus alibi apertius explicat, in titu. des siez, §. 8. ad verba, alienatione & transporti, versic. nunquid autem vasallus possit super feudo transigere.

¶ Sicuti & nec debentur laudemia ex transactione, per quam res remanet penes antea possidentem, non contra. *Saxonus in consuetu. Turonia, iuu. comme le siez, se doit offrir au seigneur, §. fin. colum. 1. §. Quamobrem* & etia in transactione, quæ propter iuriciendam litis æstimationem fit, locus erit reddibitioni gentilitiæ, vt tradit antiquus interpretes Anonymus, in tractatu de retractu, penultim. consideratione, quæstion. 10. Quod dicit obseruari contra sententiam Ludouici Romani, qui arbitratus, consilio 107. ex necessaria alienatione non esse locum iuri retractus. Ratio, quod litis æstimatio, similis sit emtionis. *L. 3. pro emt. in P. Cicero late pro Cluentio, quod sit litis æstis.* Quamobrem & Tiraquellus ratus est: ius retractus habere locum in transactione, etiam quando res remanet per eam penes possidentem antea, dato aliquo pretio, non ipsius quidem rei, sed iuris ipsius. *Tiraquellus tract. de retractu gentilitis, §. 1. glo. 4. num. 64. & 74.* Quæda transactione habeat speciem venditionis. *citat glo. in l. cum u, §. si non, in verbo transactionis.*

De datis ex compensatione, & acceptatione, num hoc iure retrahantur.

C A P. 9.

- 1 Redhibitio gentilitia, quando locum habeat in datis ob compensationem.
- 2 Erronea acceptatione eod.

**I**n hac quæstione, & distinctione adhibita, responder Chassanæus, in consuet. Burgundie, titu. de retract. §. 9. versic. querit, *Matthæus de Afflictis.* an contractus, in quo ius retractus præcedat compensationem, & tunc in compensatione ius congrui, seu reddibitionis vtilis tantum locum habere, *l. causa, de libera legat. P.* an vero nullus præcesserit: & tunc locum non habere: quia compensare sit donare, *l. Iulianus, de condit. & demonstrat. si fundum, §. 3. §. Titio fundum, de lega. 1.* Imo potius & habeat speciem permutationis, quæ respicit ius retractus, cum liquidi ad aliquid fiat tantum compensatio. *l. 1. de compen. P. l. si constat, C. eod. titu.* Proinde etiam ex accepto latis non erit danda reddibitio, eo quod ex parte remittentis censetur esse donatio, in qua iam diximus non habere locum reddibitionem hanc gentilitiam.

De remissis in diuisione. Cap. 10.

- 1 Redhibitio gentilitia non fit de rebus diuisis.
- 2 Ad iudicatum in diuisione facta, similis emtionis, verum alia ob emtionem.

**P**lacuit & etiam in diuisis non esse locum reddibitioni gentilitiæ. *Chassanæus in consuetud. Burgundie, titu. de retract. §. 9. versic. item in diuisione.* Diuisio namque nullum tribuit ius nouum, sed quæsitum ante distinguit, *l. 2. commun. predior.* quod commune quippe est, meum est, *l. serui electione, §. fin. de lega. 1. l. illud, de iur. iur. P. l. 2. de cond. i. institutio. l. 1. §. si dominici, ad Senatuf. cons. Syllani in P. cum similit. l. merito pro soc. P.* Sed ne quis in communiõne contrarius regulas remanere cogatur, *l. fin. in fine, de litig. glof. C. l. fin. C. commun. diuidum, l. si non forem, §. si cerum, de conuict.*